

## Aruales fratres.

fratribus

**A**cca Larentia Romuli nutrix, cōsueuerat pro agris semel in anno sacrificare duos decim t̄ filiis suis sacrificium p̄æcedentibus, unde cum unus mortuus esset, propter nutricis gratiam Romulus in uicem defuncti se succedere pollicetur, unde & titus processit, cū duodecim iam deinceps sacrificare, & aruales dici fratres, sicut Rutilius Ge-

minus in libris pontificalibus memorat.

## Iniuges boues.

**M**anilius Cræstus in libro, quem de deorum hymnis scribit, ait Mineruæ iniuges boues sacrificari, id est, iugum nunquam ferentes, illa uidelicet causa, quod & uir-

ginitas iugum nesciat maritale, & virtus nunquā sit iugo prementi subiecta.

## Semones.

**S**emones dici uoluerunt deos, quos cœlo nec dignos ascriberent, ob metiti pauper-

atem, sicut Priapus, Hippo, Vertūnus. Nec terrenos eos deputare uellent, per gradæ

uenerationem, sicut Varro in mystagorum libro ait. Semonégi inferius derelicto Deum

depinnato attolam orationis eloquio.

## Blaterare.

**P**acuvius in Pseudo comœdia inducit Sceparium seruum ancille dicentem, Ni ego te blaterate aspicarem, his nūc iudicassem. Blaterate enim quasi uerba trepidans

tia metu balbutire dixerunt.

## Luscii.

**L**uscios dici uoluete interdiu parum uidentes, quos Græci myopes uocant, unde

& Plautus in Mercatoris comœdia ait: mirū lolio uicitare te tam uili tritico quia

lusciosus est. Dicunt enim quod lolium comedentibus oculi obscurentur.

## Tutulus.

**V**arro in pontificalibus ait, tutulos sacerdotes dici breuum deorum. Numa vero

Pompilius & ipse de pontificalibus scribēs, tutulum dici ait pallium, quo sacer-

dotes caput testabant cum ad sacrificium accessissent, sicut & Vergilius ait: Et capita ante

aras Phrygio uallatus amictu.

## Oria.

**O**riam dicūt nauicellā modicā piscatoriam, unde & Plautus in Cacisto ait, malo

huc alligari ad oriam ut semper pescetur, et si sit tempestas maxima.

## Problema.

**P**roblema est propositio in capite libri questionaliter posita, unde & Demosthenes

pro Philippo ait: sed ne quid græcum te turbet exemplū, ego pro hoc tibi latinum

faciam, ait enim problematis authenticum gradum tradamus astanti, cui nostra subse-

quens occurset oratio. Nam & Tertullianus in libro, quem de fato scripsit, ita ait, Redde

huic fati primum problematis mancipatum.

## Pumilior &amp; glabrior.

**A**puleius in asino aucteo introducit sorores Psyches matites detrahétis, dicitq; quo-

uis pueru pumiliorem & cucurbita glabriorem, pumilos enim dicunt molles

atq; enerues. Glabrum uero leuem & imberbem.

## Sutela.

**S**utelam dici uoluerūt astutiam, quasi subtilis tela, unde & Plautus in Casina ait, po-

scis clām me sutelis tuis eripere Casinam uxorem proinde ut postulas.

## Frigutire.

**F**rigutire dicitur subtiliter adgarrire, unde & Plautus in casina ait, quid nam frig-

tis: & Ennius in Alcestide comœdia sic ait, hæcanus admodum frigutit, nimis

sauciauit se flore liberū.

## Tituillium.

**T**ituillium dici uoluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt, ut Plautus in casina

ait,